

Set et pertimescent universi terrigene nomen Eneaden^a,
donec leo^{*} Poenus^b rugiat ferreamque^{**} potentiam^c con-
culcet in cenum. Leonem^{***} vero subvertet^d homuncio. Ex-
inde resurget Eneaden^a superbia Achivamque^e gloriam pulve-
rigabit^f et tributa deposcet, servili iugo subponet; Asyamque
leo pollitissimus[†] concutiet, ad^g extremos Indos perveniet;
quin etiam^h Eneadenⁱ luxuria^k pertinget^l Alanos^{††} lucidis-
simo^m bachata Bachirro^{n.†††}; sentietque potentiam^o eius Sub-
chirrius^{p.*†} Vataliaque^{q.**†} Carbasea^r necnon et Pigmenides^s

*) Gl. 3: id est Anibal.

**) Gl. 3: id est Romanam.

***) Gl. 1: Leonem appellant Anibal, qui cum missus a Romanis Affri-
cam conquisisset, rediens cum multo navigio Romam obsedit;
cumque senatores Romani deliberato consilio substinerent obsidio-
nem, Sipro, quem appellat homunctionem, quia non erat de numero
senatorum, obtulit se iturum ad portam [wohl 'Portum'] per viam
subterraneam, quam Romani fecerant ab antiquo, et inde in Affri-
cam capturus eam, utpote bellatoribus destitutam. Cuius animo-
sitate ab omnibus approbata, data est ei legio militum. Et sicut
statuerat, ita fecit. Cum autem redisset, captis senibus et nobili-
bus, mulieribus et infantibus, capud Astrubal, fratris Anibal, qui
terram debuerat custodire, ad tentorium Anibalis transmisit et
domnas et infantes in propugnaculis Urbis statuit. Extrinseci vero
audientes se vocari ab uxoribus et filiis, quas domi reliquerant,
stupori dediti et terrori fuge beneficio [benefilio Hs.] adhererunt.
Romani vero Sipionis secuti audaciam, insecuti sunt Anibal et
exercitum suum; et sic mortuo ['a' folgt, getilgt] Anibale, liberata
est Roma audacia Sipionis.

†) Gl. 3: id est Pompeius.

††) Gl. 3: Alani sunt inter Indus et montes Subcinus.

†††) Gl. 1 (zweimal am Rande): Locus inter Indos et Sirtes, ubi Ro-
mani constituerunt ludum luxurie. — Gl. 3: Bachiri locus est,
ubi Romani suspenso uno torquato palustium (!) constituerunt laudem
luxurie inter Medos et Scithos. Subchinus mons est terribilis inter
Paradisum et Alanos, ubi Romani constituerunt unum ex mundi
climatibus.

*) Gl. 1 (ähnlich wie oben in 3): Mons terribilis inter Paradisum
Ade et Alanos, ubi Romani constituerunt unum ex mundi cli-
matibus.

**) Gl. 1: Vatalia locus est, ubi dividuntur IIII^{or} flumina Paradysi,
et vocantur, ubi [ut Hs.] coniuncti labuntur, Carbason, sicut Raba-

a) An beiden Stellen ist in 1 'Eneadum' übergeschrieben, und hat 4
wie immer 'Eneadum'. Die Hss. 1. 2. 3 haben meist 'Eneadē', mehrmals
jedoch 'Eneaden', selten 'Eneadem', was wohl falsche Auflösung des Com-
pendiums ē ist. b) Punicus 5. c) 'debilitet et' setzt hinzu 5.
d) subiiciat 5. e) Achiviamque 1; achinamque 2. 3. f) pulverabit
1. 4.; pulcrizabit 2. g) et ad 3. 4. 5. h) et 5. i) Eneadum 4
immer. k) luxuriam 5. l) perunget 2. m) lucidissimos. Baccata 1.
n) bachiria 1; bachino 3; bacchino 5. o) potencia 3. p) subchir-
rium 2; subchimus 3; ex suchirius 5. q) nat. 2. 3. 5; vatalia 4.
r) Carbasca 2; Carbasica 4; Carbasa 3. 5. s) Pigmenidos 3; Pigmei 5.